



## LATIN NYELVŰ LAP A TANULÓIFJÚSÁG SZÁMÁRA

Moderator (szerkesztő — Schriftleitung) Ios. WAGNER,  
DR. Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20. (telephon:  
68—6—34), ad quem epistulae et manuscripta mittantur

Administrator (kiadó — Geschäftsstelle) AL. REGÉNYI,  
Budapest, VII., Barcsay-u. 5. (tel.: 49—2—15), ad quem  
pecuniae dirigantur. (Postatak. csekksz. 57.292.)

Prodit Budapestini decies in anno. Pretium subnotationis an. 1935—36. est pro Hungaria 3 pengő; pro exteris  
nationibus 4 pengő.

## Lope de Vega.

Scripsit Alex. Galamb, Latine reddidit Anna Kertész disc. VIII. cl. Theresiani Budapest.

Ante hos 300 annos Matriti in societate litterarum, cui rex Philippus IV. ipse praesidebat, sacerdos 73 annorum de quadam re theologica disserens subitā<sup>1</sup> valetudine<sup>1</sup> correptus<sup>1</sup> est. Medicus aegrotum statim in lectica domum ferri ac lecto imponi iussit. Quibus auditis multitudo primorum ad lectum morientis venire maturavit,<sup>2</sup> quos filia eius, Felicia, oculis lacrimantibus accepit (sacerdos enim non<sup>3</sup> nisi<sup>3</sup> uxore secundā mortuā sacerdotium<sup>4</sup> iniit).

Morte appropinquare homines vitam peractam in mente denuo degere<sup>5</sup> dicuntur. Sacerdoti morienti vita mirifice varia et vicisitudinibus fortunae dives perspicienda erat: gloria scriptoris, certamen<sup>6</sup> singulare,<sup>6</sup> mili-

tia, bellum maritimum, itinera, fugae, duo matrimonia uxores liberique mortui, mox animus purgatus, consecratio sacerdotis, paenitentia, singulis Veneris<sup>7</sup> diebus<sup>7</sup> verberatio corporis etc. Deinde sacramento unctionis<sup>8</sup> ultimae<sup>8</sup>

accepto dextrāque filiae datā oculos a. d. VI. Cal. Sept. a. 1635. aeternum ad somnum clausit.

Sacra funebria tabernis clavis iustitioque<sup>9</sup> edicto a tribus episcopis peracta sunt. Pompae<sup>10</sup> funebri<sup>10</sup> permulta milia hominum


<sup>1</sup> hirtelen rosszul lett = plötzlich von einer Unmöglichkeit befallen werden

<sup>2</sup> siet = sich beeilen    <sup>3</sup> csupán = erst, nur    <sup>4</sup> papi tisztség = Priesteramt    <sup>5</sup> átél = durchleben    <sup>6</sup> párbaj = Zweikampf    <sup>7</sup> péntek = Freitag    <sup>8</sup> utolsó kenet = die letzte Ölung    <sup>9</sup> törvénykezési szünet = Gerichtsstillstand    <sup>10</sup> gyászményet = Leichenzug



Princeps Valliensis Budapestinum photopingit.

Per.  
Lat  
020



cum Feliciana interfuerunt. Marcella, filiarum altera, iam 14 annos sodalis collegii monachorum Carmelitarum pedibus<sup>11</sup> nudarum<sup>11</sup> erat, et quoniam monasterium relinquere non potuit, pompa funebris praeterit<sup>12</sup> claustrum. Quia more Hispanorum arca<sup>13</sup> non clavis<sup>14</sup> affixa<sup>14</sup> est, priusquam in sepulchrum demitteretur, Marcella faciem patris mortui per fenestram reticulatam<sup>15</sup> iterum ac ultimum aspicere potuit.


Sacerdos-poëta ita sepultus unus ex maximis ingeniosis Hispanorum, Lope de Vega erat, qui innumerabilia carmina epica, religiosa et amatoria, fabulam<sup>16</sup> bucolicam,<sup>16</sup> satiras atque drama scripsit. Is cum formam fabulis scaenicis Hispanicis perfectiore dedit, tum elementis nationalibus popularibusque atque ad religionem pertinentibus conscius<sup>17</sup> adiunctus est.<sup>17</sup> In fabulis eius fortitudo, fides erga imperatorem, rivalitas, mollitia<sup>18</sup> animi in quaestionibus honoris,<sup>19</sup> pietas magnas partes agunt. Multae iam catervae<sup>20</sup> histrionum<sup>20</sup> profanae Vegā prodeunte opus in Hispania agebant, quin etiam scaena<sup>21</sup> versatilis<sup>21</sup> apud eos invenitur. In ludis scaenicis Britannicis eius temporis partes feminarum quoque a viris agebantur, cum in Hispania iam artifices scenicae prodire poterant.

Fabulae allegoricae sub fine pomparum<sup>23</sup> sollempnium die<sup>24</sup> per corpus<sup>24</sup> Christi mortuum<sup>24</sup> sacratā<sup>24</sup> ductarum sub divo<sup>25</sup> actae, Hispane «auto» dictae (Latine: *actus*) potissimum amabantur. Hi ludi praesertim a monachis Societatis Iesu divulgati sunt. Poëta praeter 1500 fabulas profanas etiam 400 actus, quorum tantum pars fere decima superest, scripsit.

Vega saepe cum altero poëtarum scaenicorum maximorum Hispanicorum, *Calderone* comparatur, qui tamen in Hungaria notior est, nam plus quam sex fabulae eius in scaenis Hungaricis aguntur, ex operibus Vegae autem tantum duo: «*Sidus Sevillae*» ac «*Rex et rusticus*». In versibus poëmatis, cui «*Amor Nicolai Toldi*» inscribitur, cum Andreas rex uxorem laqueum<sup>26</sup> ligantem invenit, quo postea ipse strangulatur,<sup>27</sup> poëta noster, Ioannes Arany narrationem Vegae sequitur. Item genus dicendi sonans<sup>28</sup> poëmatis «*Csongor et Tuende*» trochaeis quadruplicibus ad Vegam nos perducit. Heroi Vega personam comicam «gracioso» nominatam opponere<sup>29</sup> solebat. Sic Balga vasti corporis iure «gracioso» Csongori amanti additus dici potest.

Sed etiam *Corneille*, *Moliére* et scriptores Germanici Vegam secuti sunt, praesertim *Grillparzer* Austriacus, qui 140 fabulas eius perlectas adnotationibus illustravit. Memoria scriptoris Hispanici hoc anno ubique terrarum ab eruditis celebratur. Nationem igitur Hungaricam quoque decet ad bustum<sup>30</sup> eius laurum commemorationis mittere.

<sup>11</sup> mezítlábas = blossfüssig    <sup>12</sup> mellette elvonul = vorbeziehen    <sup>13</sup> koporsó = Sarg    <sup>14</sup> leszegez = zunageln  
<sup>15</sup> rácsos = gegittert    <sup>16</sup> pázsitorregény = Schäferroman  
<sup>17</sup> tudatosan belekapcsolódik = sich bewusst anschliessen  
<sup>18</sup> érzékenység = Empfindsamkeit    <sup>19</sup> becsület = Ehre  
<sup>20</sup> színtársulat = Schauspielergesellschaft    <sup>21</sup> forgószínpad = Drehbühne    <sup>22</sup> szerep = Rolle    <sup>23</sup> körmény = Prozession    <sup>24</sup> Úrnap = Fronleichnamsfest    <sup>25</sup> szabad ég = der freie Himmel    <sup>26</sup> hurok = Schlinge    <sup>27</sup> megfojt = erdrosseln    <sup>28</sup> zengő = klangvoll    <sup>29</sup> szembeállít = gegenüberstellen    <sup>30</sup> sír = Grab



## De arte photographica.

Scripsit G. Kaul dr.

«Expressa solis spiculo<sup>1</sup>  
Nitens imago, quam bene  
Frontis decus, vim luminum<sup>2</sup>  
Refers, et oris gratiam.  
O mira virtus ingeni  
Novumque monstrum! Imaginem  
Naturae Apelles aemulus<sup>3</sup>  
Non pulchriorem pingeret.»

Quem forte putatis his praeclarissimis versibus laudes artis photographiae celebravisse? Nemo fuit nisi Leo XIII., Pontifex maximus in ephemeride, quae inscribitur «Civis Romanus» 1902, II. Et re vera operae<sup>4</sup> pretium<sup>4</sup> est<sup>4</sup> in illam pulcherrimam artem animum intendere et de illius origine et usu pauca cognoscere.

Cameram vocant illam nigri coloris arcam,<sup>5</sup> ante quam considimus, si volumus imaginem nostri solis radiis depingi. In fronte arcae splendet ille discus vitreus sive lenticula,<sup>6</sup> per quam luci introitus vel patet vel claustro quodam nobili obseratur.<sup>7</sup> In posteriore parte arcae est

<sup>1</sup> sugár, fény = Strahl    <sup>2</sup> szem = Auge    <sup>3</sup> vetelytárs = Nebenbuhler    <sup>4</sup> megéri a fáradságot = ist der Mühe wert  
<sup>5</sup> láda = Kiste    <sup>6</sup> lencse = Linse    <sup>7</sup> elzár = verschlossen

vitrum opacum,<sup>8</sup> in quo, aperto claustro, apparet imago, neque vero recta, sed tamquam ita inversa, ut summa imis mutata esse videantur. Scilicet imaginem tamdiu in vitro opaco remanere, quamdiu homines illustrati ante arcam versantur, et simul cum illis evanescere.<sup>9</sup> At nostrā interest<sup>10</sup> imaginem retineri et servari! Sunt quaedam elementa lucis impatiens, quae radiis solis tacta celeriter colorem mutant, ita, ut, cum antea alba fuerint, postea nigrescant, atque id eo magis, quo diutius illustrantur. Talia elementa ad artem photographicam idonea sunt argentum bromatum et argentum chloratum.

Sed redeamus ad nostram cameram! Iam vitrum opacum submovetur,<sup>11</sup> in cuius locum succedit alia tabella vitrea, quae illā materiā lucis impatiens illita est. Quae tamdiu a luce defenditur, donec claustrum lenticulae potest aperiri. Tunc autem aperto claustro imago, quae antea in vitro opaco erat, nunc in tabella lucis impatiens pingitur. Mirum in modum fit delineatio<sup>12</sup> in camera. Post pauca temporis momenta imago expressa est. Pauca temporis momenta nos immobiles manere debemus, tamquam statuae.

At nondum imaginem ad solem exponi licet; immo nondum apparet imago in tabella! Cubiculo omnino obscuro<sup>8</sup> opus est, quod non nisi rubricā luce illustrandum est. Ibi tabella ponitur in patinā<sup>13</sup> plenā liquoris cuiusdam, quod eiconogenum<sup>14</sup> vocant. Paulatim videbimus imaginem apparere. Sed fortasse miraberis omnia mutata videri: quae ante cameram alba apparebant, nunc nigra sunt; contra, quae nigra erant, nunc albent. Tamen facile hoc intelleges considerando argentum bromatum ibi eo magis nigrescere, quo clariore luce tangitur.

Tum, cum ars luce<sup>14</sup> pingendi<sup>14</sup> modo inventa erat, imagines in cubiculo obscuro evocatae nondum poterant servari; sed cum extra cubiculum spectabantur, paulatim evanescebant. Itaque magno emolumento<sup>15</sup> erat inventari elementum quoddam, quo imago in tabella tamquam figi<sup>16</sup> poterat: hoc est natrum hyposulfuricum, quod idcirco «sal fixator» nuncupatur. Nunc denique tabella foras proferri et chartā argento chlorato illitā quantilibet copia exemplarium fieri potest.

Paulatim ars photographica ita amplificata

est, ut nunc vel equi celerrime praetercurrentes vel aves volantes facilime depingantur. Quin etiam recentissimis temporibus, non iam contenti unicolori imagine, versicolores<sup>17</sup> tabellas confidere didicimus! Quantā voluptate nunc hieme post fornacem<sup>18</sup> sedentes spectamus imaginem areolae<sup>19</sup> floribus versicoloribus consitae, qui priore aestate in nostro ipsorum horto floruerunt!

<sup>8</sup> sötét = dunkel <sup>9</sup> eltűnik = verschwinden <sup>10</sup> érdekkünnen áll = es ist von Wichtigkeit <sup>11</sup> eltávolít = entfernen <sup>12</sup> rajz = Zeichnung <sup>13</sup> tál = Schüssel <sup>14</sup> előhívó = Entwickler <sup>15</sup> fényképezés = Photographieren <sup>16</sup> haszon = Nutzen <sup>17</sup> rögzít = fixieren <sup>18</sup> tarkaszinű = buntfarbig <sup>19</sup> kályha = Ofen <sup>20</sup> kis térség = kleiner freier Platz

## Caligula.

(2.)

Scripsit Des. Kosztolányi, conv. Aem. Láng.

Cassius conspiratis nuntiavit, quid factum fuisse.

«Occidendum est — clamabat Cornelius Sabinus — statim prosternendus, percutiendus!»

Ludi ante meridiem committebantur,<sup>1</sup> qui in memoriam belli in Oriente ab Augusto suscepti ac confecti prope Palatium in scaena ex tempore parata solis primoribus populi atque optimatibus urbis editi<sup>2</sup> sunt.

Caligula comitantibus praetorianis Germanicas advenit. Homines longi, ubi Caesar ingressus erat, in ordinem<sup>3</sup> ibant<sup>3</sup> omnemque aditum intercluserunt. Caesar benigne eis annuit. Quosdam eorum in expeditione Germanica ab Rheno sibi collegerat, inter quos etiam milites Romanos ascivit,<sup>4</sup> quos deinde capillum flavum<sup>5</sup> tinguere,<sup>5</sup> Germanicam linguam adscire eaque colloqui iussit.

Caesar cum longo pallio luteo<sup>6</sup> laureatus ad oram accessit. Sacraficans sanguine phoenicopteri<sup>8</sup> respersus est ita, ut sanguis in veste rubras maculas fecerit. Acer aspectus Cornelii Sabini interceptit<sup>9</sup> aspectum Cassii nictantis,<sup>10</sup> qui dicere videbatur: en omen laetum!

Primus ludorum dies transiit, abiit etiam secundus, neque coniurati agere ausi sunt. Cal-

<sup>1</sup> kezdődik = beginnen <sup>2</sup> rendez = veranstalten  
<sup>3</sup> felsorakozik = sich in Reih' und Glied stellen <sup>4</sup> föl-  
 vesz = einreihen lassen <sup>5</sup> szőkére fest = blond färben  
<sup>6</sup> sárga = gelb <sup>7</sup> babérkoszorúval a fején = Lorbeer-  
 kranz im Haare <sup>8</sup> flamingó = Flammenreiher <sup>9</sup> föl-  
 fog = auffangen <sup>10</sup> szemével int. hunyorít = zwinkern

listus, quondam libertus Caligulae, civis praedives, incendio irae flagrabat, quod monstrum immanissimum adhuc vivit.

Caligula lento<sup>11</sup> inambulabat inter gladiatores et luctatores<sup>12</sup> eosque hortabatur et applausit cantoribus et desultoribus.<sup>13</sup> Id ipsum mentes coniuratorum conturbavit. Ab illo se irrideri vel laqueos ponи arbitrabantur.

Tertio die horis meridianis necopinato Cassio dixit se in Palatum transitum ibique frigidā<sup>15</sup> loturus. Solus inter multitudinem hominum processit, interdum hunc vel illum appellans. Cornelii Sabini togam quoque ioculariter vellebat<sup>16</sup> eumque oculis<sup>17</sup> limis<sup>17</sup> aspergit.<sup>17</sup> «Eho, quid negotii est?»<sup>18</sup> Conspirati incerti erant,



quid sibi vellet. Rationem<sup>19</sup> agendi<sup>19</sup> mente capere non poterant. Lectoriis<sup>20</sup> praecepit, ne per portam<sup>21</sup> principalem<sup>21</sup> in Palatum gestaretur, sed per ianuam minorem, quae ad angustam cryptam<sup>22</sup> subterraneam ferebat, ubi pueri nobiles ex Asia ad edendas in scaen operas evocati praeparabantur. Qui vi frigoris excruciatu<sup>s</sup> hu<sup>c</sup> se receperunt, nam noctu gevavit.<sup>23</sup>

Hic descendit ex lectica<sup>24</sup> et sermonem cum Asianis hospitibus serebat, cum nigris Aethiopibus sole perustis ac Aegyptiis, quorum labia frigore livida<sup>25</sup> erant. Diu exspectans astabat. subito crepitus<sup>26</sup> cardinum<sup>26</sup> auditur. Ianua repagulis<sup>27</sup> occluditur. Longe in ultima<sup>28</sup> parte cryptae nonnullas faces ardescere et homines pedentem<sup>28</sup> cauteque appropinquantes vidit. Praegreditur Cassius instar somnii<sup>29</sup> notissimi, velut si ad congressum umbrarum<sup>30</sup> somnialem veniret.

Cassius signum<sup>31</sup> more militiae petuit et cum Caligula Iovem daret, Chaerea exclamavit: «Morere igitur Iovis nomine!» eumque gladio inter distenta brachia per pectus transfixit.

Caesar per longitudinem ad terram incidit, sanguis ex pectore manat.

Iacens usque<sup>32</sup> se vivere clamitabat. Tum Cornelius Sabinus, Callistus ceterique ensibus reclusis in eum ibant, quem triginta vulneribus confecerunt, nam omnium signum erat: «Repete!»

Caligula contractis membris animam<sup>33</sup> agebat.<sup>33</sup> Sed circumstantes eum adhuc vivum senserunt.

Denique sanguine ex ore descendantे pallore mortali suffusus est. Caput demisit, membra frigore letali solvuntur et qui tot hominibus vitam ademit, nunc suam exhalat.<sup>34</sup> Quondam dominus totius mundi, cui imperanti mille atque mille homines parebant, nunc non habet, qui oculos eius labentes operiat.

*Finis.*

<sup>11</sup> egykedvűen = gelassen    <sup>12</sup> birkózó = Ringkämpfer  
<sup>13</sup> műlovas = Kunstreiter    <sup>14</sup> tört vet = in eine Falle locken    <sup>15</sup> aquá = zublinzeln    <sup>16</sup> rágat = zupfen    <sup>17</sup> rásandít = szederjes = blau    <sup>18</sup> mi baj? = was ist los?    <sup>19</sup> eljárás = Handlungsweise    <sup>20</sup> gyaloghintót vivő rabszolga = Säntenträger    <sup>21</sup> főkapu = Haupttor    <sup>22</sup> folyosó = Gang    <sup>23</sup> fagy = es friert    <sup>24</sup> gyaloghintó = Sänfte    <sup>25</sup> szederjes = die Türangelt knarrt    <sup>26</sup> tolázár = Riegel    <sup>27</sup> lassú léptekkel = langsam Schritte    <sup>28</sup> álomkép = Traumbild    <sup>29</sup> kísértet = Gespenst    <sup>30</sup> jelszó = Losungswort    <sup>31</sup> folyton = noch immer    <sup>32</sup> végét járja = in den letzten Zügen liegen    <sup>33</sup> kilehel = aushauchen

### Epigrammata gnomica.<sup>1</sup>

*Aloisius Szentmiklóssy : I. Hypocrita.*

Si tu singultas,<sup>2</sup> tecum lacrimabitur ille;  
 Ipse exsultabit, laetus si fueris:  
 Saepe tamen ridens singultat corde suo idem,  
 Atque in corde suo ridet, dum lacrimat.


### II. Modestus.

Alterius meritis<sup>3</sup> reverens est, nec sua pensat;<sup>4</sup>  
 Laude tuā gaudet, laude suā erubuit.

*Franciscus Verseghy : Vir vere sapiens.*  
 Cerne modo spicam;<sup>5</sup> effert immatura se ad auras,  
 Sed granis gravis ut stat demissa caput!  
 Sic opibus rudibus se iactat<sup>7</sup> ludipuer,<sup>8</sup> sed  
 Integre sapiens rite se humiliat.

*Ios. Irsik.*

<sup>1</sup> bölcsemadásos = sinnprüchig    <sup>2</sup> zokog = schluchzen  
<sup>3</sup> érdem = Verdienst    <sup>4</sup> mérleglni = abwägen    <sup>5</sup> elpirulni = erröten    <sup>6</sup> a kalász = Aehre    <sup>7</sup> kérkedik = sich prahlen    <sup>8</sup> iskolásgyermek = Schulkind



## De visione Sanctae Angelae.

Sub coelo Italiae sereno virgo quaedam mitis, figurā gracilis, facie decorā se erigit<sup>1</sup> et passibus lentis ab sociis ludentibus cantan-

genibus<sup>4</sup> nixa<sup>4</sup> manet et unum hoc verbum repetit : «Fiat».

A. d. VII. Cal. Decembres quattuor saecula ordinis ab S. Angela ad puellas educandas conditi celebramus. Quia Angela tantae humilitatis erat, ut collegium non de suo nomine denominaret, sed S. Ursulae administrandum traderet, nomen eius iam in vitā sua maximā cum reverentia memorabātur et postquam mortua est, ab Ecclesia nomen eius inter sanctos ascitum<sup>5</sup> est. Sorores Ursulanae duas




tibusque discedit. Loco deserto in genua pro- cumbens in precibus defigitur.<sup>2</sup> Oculos demittit et iam totius mundi oblivisci videtur. Sed subito lux faciem eius tangit et ad coelum spectare cogit : scalis splendidis coelum et terram attingentibus ab angelis virgines vestimentis splendidissimis et coronis ornatas duci videt. Quid est hoc? Admiratur anima simpli- cissima se talis doni caelestis participem fieri. Sed mox virginem appropinquantem videt, quae : «Angela, inquit, Deus hoc spectaculo tibi significat, ut Bresciae societatem mulierum similem his virginibus condas!» Quibus dictis spectaculum evanescit.<sup>3</sup> Angela caput inclinans

scholas in Hungaria habent : Scarabantiae<sup>6</sup> et Budapestini. In imagine nostrā frons Ursulani Budapestinensis in Colle Rosarum aedificati spectatur.

Marg. Moiret et Eva Parlag  
disc. Ursulani.

<sup>1</sup> feláll = sich erheben    <sup>2</sup> elmélyed = vertieft    <sup>3</sup> el-  
tűnik = verschwinden    <sup>4</sup> térdén állva = knieend    <sup>5</sup> fel-  
vesz = aufnehmen    <sup>6</sup> Sopron = Ödenburg

Pietas fundamentum est omnium virtutum.  
(Cic. pro. Plancio 12, 29.)



## LECTORIBUS MINIMIS.

### Fuga mea ex Transsilvania.

Historia vera. Commentarios *Victoris Maderspach*, latine libere redditit *J. Guelmino*.

#### 1. Convivae sicarii.<sup>1</sup>

Sol serenissimus ridebat de coelo, cum quodam die Maii domum tendebam. Ex saltibus<sup>2</sup> descendi, ubi ursum exspectans,<sup>3</sup> qui vaccam praedatus erat, roganibus pastoribus duas dies noctesque morabar. Sed bestia, quasi sensisset sibi necem imminere, sese<sup>5</sup> in suis latebris<sup>4</sup> recondiderat.<sup>5</sup> In via ubique silentium. Susurrus<sup>6</sup> tantum silvarum vagabatur<sup>7</sup> per valles, secum portans temorem<sup>8</sup> veris odoremque florum innumerabilium. Ubique pax et silentium, tantummodo in animis hominum pudor et pavor spesque incisa.<sup>9</sup> Valachi devicti, fusi<sup>10</sup> fugatiq[ue]<sup>10</sup> nunc sine armis dolo et proditione victores facti dominantur. Ubique custodes<sup>11</sup> publici,<sup>11</sup> praedandi vel homines in carcerem deducendi causa, ubique detectivi et provocatores.<sup>12</sup> Sclopetum<sup>13</sup> habere, res maxime vetita erat. Abscondito igitur bisclopeto<sup>14</sup> meo in silva, domum petere volui.

Mutato autem consilio prius matrem visitare decrevi. Cum intrassem, mater mihi ob viam venit, nuntians duos adfuisse viros Budapestinenses me exspectantes. Cum autem, suspicionem<sup>15</sup> vitandi causā diu ibi morari non potuissent, abiisse, pollicentes se vespere ad nonam<sup>16</sup> reversuros esse. Addidit<sup>17</sup> se illos ad coenam invitasse. — Haec confirmavit frater et amicus, qui hospitio meo utens apud matrem erant, communicantque<sup>30</sup> illos viros de re gravi et secreta mecum tractare volle.

Quid sibi vellent hi, cogitabam mecum. Fieri potest, ut certiores facti me venandi causa afuisse, sclopetumque retinuisse, me comprehendere velint. Ego quidem, qui 2—3 dies singulis fere mensibus in carcere Valachorum custodiebar, non maximo cum gaudio haec mente<sup>19</sup> agitabam.<sup>19</sup>

Ad nonam vere apparuerunt. Alter se tribunum<sup>20</sup> militum<sup>20</sup> a praetorio,<sup>21</sup> alter succenturionem<sup>22</sup> equitum dixit. Ambo cautissime se gerebant, nec ego quidquam negligebam in obser vando. Et cum succenturionem in coena cultrum sibi gula<sup>23</sup> tenuis<sup>23</sup> condere<sup>24</sup> vidi sem, pro certo habui illum detectivum Valachum esse. Talis succenturio equitum, qui sibi cultrum gulā tenus inter edendum demitteret,<sup>24</sup> in exercitu monarchiae Austriaco-Hungaricae nunquam potuit inveniri. Quid tenderent,<sup>25</sup> cogitabam mecum et omnes motus corporis illorum mihi curae erant. Discursus nullo modo incalescere<sup>26</sup> potuit. Evidenter praesentia matris illis in commodavit.<sup>27</sup> Mensā igitur<sup>28</sup> remotā<sup>28</sup> mater coffeam<sup>29</sup> afferri iussit et in cubiculum suum regressa est.

Tunc tribunus militum exposuit exercitum Hungaricum mense insequenti, ut Transsilvaniam ex servitute in libertatem vindicaret,<sup>30</sup> bellum Rumeniae illaturum esse. Se ad me missos esse, ut etiam ego interessem conatu<sup>31</sup> et 15 chiliogrammata dynamitis traderem illis ad euniculum<sup>32</sup> viae ferratae ad Claudiopolim<sup>33</sup> displodendum.<sup>34</sup> Ego autem, qui architectus<sup>35</sup> militaris<sup>35</sup> fueram, optime scivi hoc fieri non posse. Tantum dynamitis cuniculum displodere non potest. Manifestum erat hos mentiri et mihi insidiari.<sup>36</sup>


— Recuso,<sup>37</sup> repudioque<sup>37</sup> — inquiebam igitur — omnia, quae vetita sunt legibus Rumeniae, cuius ego, etsi natione Hungarus, civis obsequens<sup>38</sup> sum. Et si nolitis vos ad custodes publicos delatos<sup>39</sup> esse, statim recedite !

<sup>1</sup> orgyilkos = Meuchelmörder      <sup>2</sup> hegyek, havasok = Gebirge      <sup>3</sup> les = lauern      <sup>4</sup> rejtekely = Schlußwinkel  
<sup>5</sup> elrejtőzni = sich verstecken      <sup>6</sup> susogás = Säuseln  
<sup>7</sup> terjeng = sich ausbreiten      <sup>8</sup> langymeleg = milde Wärme  
<sup>9</sup> szétfoszlott = gescheitert      <sup>10</sup> teljesen lever = aus dem Felde schlagen      <sup>11</sup> csendőr = Gendarm      <sup>12</sup> beugrató = Lockspitzel      <sup>13</sup> puska = Gewehr      <sup>14</sup> kétsövű puska = Doppelgewehr      <sup>15</sup> gyanu = Verdacht      <sup>16</sup> horam      <sup>17</sup> hozzátesz = hinzufügen      <sup>18</sup> közöl = mitteilen      <sup>19</sup> túnődik = überlegen      <sup>20</sup> ezredes = Oberst      <sup>21</sup> vezérkari = vom Generalstab  
<sup>22</sup> főhadnagy = Oberleutnant      <sup>23</sup> torkág = bis zur Kehle  
<sup>24</sup> bedug = einstecken      <sup>25</sup> tervez = durchzusetzen suchen  
<sup>26</sup> felmelegedni = gemütlich werden      <sup>27</sup> feszélyez = be schwerlich fallen      <sup>28</sup> asztalbontás után = die Tafel aufheben      <sup>29</sup> kávé = Kaffee      <sup>30</sup> felszabadít = befreien  
<sup>31</sup> vállalat = Unternehmen      <sup>32</sup> alagút = Tunnel      <sup>33</sup> Kolozsvár = Klausenburg      <sup>34</sup> felrobbant = sprengen      <sup>35</sup> műszaki tiszt = Ingenieuroffizier      <sup>36</sup> kelepcebe ejteni = eine Falle stellen      <sup>37</sup> megtagad, visszautasít = ablehnen, zurückweisen      <sup>38</sup> lojalis = folksam      <sup>39</sup> feljelent = anzeigen

Concitati<sup>40</sup> exsiluimus animadverte de loro<sup>41</sup> bracae<sup>41</sup> succenturionis sclopetulum<sup>42</sup> dependere. Illi furentes vociferantesque<sup>43</sup> persuadere student mihi meum<sup>44</sup> esse illos adiuvare; amicus quoque accusat me rebus maxime ancipitibus<sup>45</sup> a patriā deficere;<sup>46</sup> succenturio iam nec minis parcit et me in ius militare<sup>47</sup> rapere promittit. Tribunus m. fratrem urgebat.<sup>48</sup> Rapimur ab angulo triclinii<sup>49</sup> huc et illuc rixantes,<sup>50</sup> oculis irā odioque fulminantibus. Nihil aliud curo, nisi quando arripiat sclopetulum succenturio, ut inermis vi corporis supervalent<sup>51</sup> obruum<sup>52</sup> invadentem. Ideoque semper comminus<sup>53</sup> illum habere intendo. Momento autem temporis cum caput fratri adverterem, fratre<sup>54</sup> acri obsurdesco<sup>55</sup> et flamma promicans<sup>56</sup> torret<sup>57</sup> aurem sinistram. Illo ipso momento insilui et dextrā faucem, sinistrā dextram eius corripui. Incidimus in ianuam armarii, quae rumpitur. Suplex<sup>58</sup> gravis decidit in tabulatum<sup>59</sup> magno strepitu. Interea fragores audiuntur. Nos implicati<sup>60</sup> luctamur<sup>61</sup> de vitā et iam mensam quoque subvertimus superincidentes. Relapsis nobis in pavimentum contigit mihi genu dextram hostis defigere.<sup>62</sup> Radius<sup>63</sup> bracchii<sup>63</sup> eius crepans<sup>64</sup> frangitur. Sclopetulum paulum longius iacet. Tunc dentibus sinistram mihi mordet, quam cum dextrā meā spiritus<sup>65</sup> ei eliditur,<sup>65</sup> remittit et conviva sicarius exanimis in tabulato extenditur.

(Continuabitur.)

<sup>40</sup> izgatott = aufgergt    <sup>41</sup> nadrágszij = Hosenriemen  
<sup>42</sup> revolver    <sup>43</sup> rikácsol = kreischen    <sup>44</sup> kötelességem = meine Pflicht  
<sup>45</sup> váságos = misslich    <sup>46</sup> elpártol = abtrünnig werden    <sup>47</sup> hadi törvénysék = Kriegsgericht  
<sup>48</sup> szorongat = drängen    <sup>49</sup> ebédlő = Speisezimmer    <sup>50</sup> civakodik = streiten    <sup>51</sup> fölényses = überlegen    <sup>52</sup> legázol = bezwingen    <sup>53</sup> kézügyben = in der Nähe    <sup>54</sup> csattanás, lövés = Knall, Schuss    <sup>55</sup> elszüketedik = taub werden    <sup>56</sup> fellvann = hervorzucken    <sup>57</sup> megpörkölt = versengen    <sup>58</sup> bútor = Möbel    <sup>59</sup> padló = Fussboden    <sup>60</sup> összeakaszkodik = umschlingen    <sup>61</sup> birkózik = ringen    <sup>62</sup> leszorít = starr festhalten    <sup>63</sup> karcsont = Armbein    <sup>64</sup> recscsen = krachen  
<sup>65</sup> megföjt = erwürgen



Michael Tamedly dr.

## Cultores et fautores Latinitatis. Quomodo Slovacus cum Germano confabuletur.<sup>1</sup>

Scripsit Michael Tamedly dr.

Auctor huius narrationis ex vita sua, rerum gymnasticarum peritissimus non solum librum de gymnastica scripsit (a. 1910.), sed etiam collectionem multarum dissertationum eiusdem generis edidit (a. 1912.). Aliis operibus inscribuntur: «Oberon Wielandii in Hungaricum translatus», «Ludus campanae»,<sup>2</sup> «Samuel verus et Hebe» etc. Vir tantae eruditiois a. 1911—1926. alter magistrorum disciplinas Hungaricas docentium Theresiani Vindobonensis, post rector collegii Hungarici Berolinensis tum conditi optime de republica<sup>3</sup> litteraria<sup>3</sup> Hungarica propaganda meruit, quam obrem nuper provincialis studiorum rector superior Miscolciensis factus est. Quam peritus ipse linguae Latinae sit, e narratione manufestum fit. Imago nostra prospectum ostendit, qui e fenestris collegii Hungarici ad plateam<sup>4</sup> Dorothaei, in parte posteriore autem ad museum Pergamenum (ab laeva) et aedem cathedralem (a dextra) praebetur.

<sup>1</sup> beszélget = plaudern    <sup>2</sup> harang = Glocke    <sup>3</sup> tutományos élet = wissenschaftliches Leben  
<sup>4</sup> út = Strasse

Exeunte anno 1925. comiter<sup>1</sup> invitatus sum, ut dies<sup>2</sup> festos<sup>2</sup> nati<sup>2</sup> Christi<sup>2</sup> in domo<sup>3</sup> venatoria<sup>3</sup> in montibus comitatus Trencsé-

nensis amoenissimis sitā agerem, quo homines Budapestinenses hilares et genio<sup>4</sup> indulgentes,<sup>4</sup> ut soleis<sup>5</sup> nivalibus<sup>5</sup> currendo<sup>5</sup> se exercerent, congregaturi se essent. Haud invitus invitationem accepi. Paucis ante diebus quam iter ingredemur, est mihi nuntiatum, quod aliquot excursuris<sup>6</sup> licentia<sup>7</sup> terram<sup>7</sup> Cechoslovacicam intrandi<sup>7</sup> denegata esset, consilium excurrendi depositum<sup>8</sup> esse. Quae etsi ita essent, hospes meus tamen mihi iniunxit,<sup>9</sup> ut in domum venatoriam me conferrem, ac ne me solitudinis<sup>10</sup>

<sup>1</sup> barátságosan = freundlich    <sup>2</sup> a karácsonyi ünnepek = die Weihnachtsferien    <sup>3</sup> vadászkastély = Jagdschloss    <sup>4</sup> jókedvű = gut aufgeräumt    <sup>5</sup> sísport = Skisport    <sup>6</sup> kiránduló = Ausflügler    <sup>7</sup> vízum = Visum    <sup>8</sup> elejt = aufgeben    <sup>9</sup> lelkére köt = ans Herz gelegt    <sup>10</sup> egyedüllét = Einsamkeit

taederet, unum ex amicis mecum adducerem. Tum Vindobonae in Theresiano, ubi munere docendi fungabar, pater Langhammer ordinis Praemonstratensis, quocum familiarissime<sup>11</sup> utebar<sup>11</sup> religionem docebat. Is petenti<sup>12</sup> mihi, ut mecum Trencinum veniret, morem<sup>12</sup> gessit.<sup>12</sup> Specie<sup>13</sup> montium apricorum et nivalium animo obversante<sup>13</sup> ambo laeti tractum<sup>14</sup> rapidum<sup>12</sup> concendimus. Verum enim, quo longius e conspectu Vindobonae ablati sumus,<sup>15</sup> eo minus nivis vidimus. In valle autem fluminis Vagi,



descendentes per longam viae reliquam partem effuso<sup>16</sup> imbre<sup>16</sup> curru vecti sumus.

In domo venatoria lautissime<sup>17</sup> excepti<sup>17</sup> sumus maximaque nobis praesto<sup>18</sup> erat commoditas. Sed quid haec omnia nobis prosunt, foris imbri per continuos dies saeviente?

Omnibus, quos attuleramus, iam primo die ante meridiem perfectis libris a mane usque ad vesperum fornaci<sup>19</sup> asidebamus. Etiam amicorum<sup>20</sup> par<sup>20</sup> per continuos dies intra parietes inclusum deficit<sup>21</sup> confabulandi<sup>22</sup> copia.<sup>22</sup>

Itaque utrique nostrum percommode accidit, ut die quarto nobis nuntius afferretur vici proximi parochum<sup>23</sup> dominum Herodek, cum rescisset<sup>24</sup> nos adesse, nos postridie antemeridiem conventurum esse promisisse.

Is vero postridie intravit, sed cum compertum<sup>25</sup> esset eum Germanice nescire, egomet eius prima Hungarica verba Langhamero interpretatus sum. Mox sacerdotes Latine loqui

cooperant. Dominum Herodek nisi ante vesperum domum non dimisimus, postea septem dies cum eo consumpsimus et imbre desinente iam longiores suscepimus ambulationes. Inter nos lingua Latinā loquebamur, quam uterque sacerdos optime<sup>26</sup> callebat.<sup>26</sup> Sermocinantibus<sup>27</sup> eis ob scientiam linguae Latinae, quā in gymnasio imbutus<sup>28</sup> eram, ego quoque me applicavi.<sup>29</sup>

Inter ambulandum complures praeterieramus statuas et cruces ex lapide factas, quarum Latinae inscriptiones nos admonuerunt illius temporis, quo vulgo mos erat, ut homines politiores,<sup>30</sup> quorum patria lingua Hungarica, Slovacica et Germanica esset, inter se Latine collequerentur.

Discipuli, qui nostris temporibus in gymnasium itant, si ephemeridem, quae Iuventus inscribitur, assidue et diligenter lectitant, eodem,<sup>31</sup> quo ego olim redacti<sup>31</sup> haud verecundabantur<sup>32</sup> Latinos sermones<sup>33</sup> serere.<sup>33</sup>

<sup>11</sup> szíves barátság fűzött = innigster Freundschaft verbunden    <sup>12</sup> kérésemre ráállt = meiner Bitte willfahrt  
<sup>13</sup> képe lebegett = das Bild vorschwebte    <sup>14</sup> gyorsvonat = Schnellzug    <sup>15</sup> eltávolodik = sich entfernen    <sup>16</sup> zuhogó esőben = bei strömendem Regen    <sup>17</sup> kitűnő fogadatásban volt részünk = wurde uns der herrlichste Empfang zuteil    <sup>18</sup> ált rendelkezésünkre = stand zur Verfügung  
<sup>19</sup> kályha = Ofen    <sup>20</sup> a két jóbarát = die zwei Freunde  
<sup>21</sup> elfogy = geht aus    <sup>22</sup> a beszélgetés anyaga = Gesprächsstoff    <sup>23</sup> plébános = Pfarrer    <sup>24</sup> megtudta = erfuhr    <sup>25</sup> kiderül = es stellt sich heraus    <sup>26</sup> ékesen beszélt = aufs beste beherrschte    <sup>27</sup> beszélgetésükbe = ihrem Gespräch    <sup>28</sup> megtanul = erlernen    <sup>29</sup> bele-kapcsolódik = sich anschliessen    <sup>30</sup> művelt = gebildet  
<sup>31</sup> ugyanolyan helyzetbe kerülve = in die selbe Lage versetzt    <sup>32</sup> zavarban van = in Verlegenheit kommen  
<sup>33</sup> társalogni = sich unterhalten

## Latinitas moderna I.

via ferrata (ferrea) vasút — Eisenbahn.

E vocabulario Societatis Latinae Monacensis selegit  
Georgius Lurz dr.

statio (sc. viae ferratae) állomás — Bahnhof ;  
oeclus (spatium opperiendi, exspectandi sc. tra-minis) váróterem — Wartesaal

aula (traminis concendendi), platea interna pályaudvar (perron) — Einsteighalle ; praefectus stationi állomásönök — Bahnhofvorsteher, viae ferratae custos pályaőr — Bahnwärter, viae f. officialis (functionarius) vasúti tiszviselő — Eisen-bahnbeamter ;

fenestella («discus tesseralis»)<sup>1</sup> jegypénztár — Schalter, tessera, tesseraula menetjegy — Fahrkarte ; horarium menetrend — Fahrplan ;

<sup>1</sup> moderator

virga (ferrea) sin — Schiene, orbita (binarium) vágány, simpár — Geleis, transversum, transversarium (sc. ligneum) talpfa — Schwelle, declinum, declinamentum (binarium versatile) váltó — Weiche, declinatorum váltóállítótelep — Weichenstellungsanlage, binarium inverttere (declinare) a váltót állítani — die Weiche stellen, declinator váltóállító — Weichensteller;

currus vasúti kocsi (vagon) — Wagen, compartimentum kocsiszakasz — Wagenabteil;

tramen, tractus vonat — Zug; tr. rapidum gyorsvonat — Schnellzug, tr. citatum sebesvonat — Elzug;

machina vectria m. (locomotrix) mozdony — Lokomotive, machinae locomotricis ductor mozdonyvezető (masiniszta) — Lokomotivführer, frenum fék — Bremse, frenator (frenarius, freniger) fékező — Bremsen, focularius fűtő — Heizer; traminis ductor vonatvezető — Zugführer, tr. conductor (custos) kalauz — Schaffner.



## Locosa.

### Centenarium Marci Twain.

De vita atque ingenio satirici scriptoris Americani clarissimi (anno 1835. nati) multi et multa disseruerunt. Hic tantum pauca propria vitae eius describere velim. Nam, ut opinio mea fert, vitam personamque cuiusdam scriptoris praesertim satirici non magis ex operibus quam ex casibus cotidianis cognoscimus.

1. Marcus Twain maximam voluptatem<sup>1</sup> ex iocando cum aliis cepit.<sup>1</sup> Aliquando vespere Londinii in via obscura constituit et ligno<sup>2</sup> igniario<sup>3</sup> accenso in genua procubuit aliquid quaerere simulans. Vir quidam praeteriens interrogavit scriptorem quidnam quaereret. «Libram» sterling «dictam» — respondit M. Twain. Ille incognitus quoque lumina accendit et inquirere coepit. Deinde alii et iterum alii adiuvant eos. Cum iam dudum<sup>4</sup> quaerant et nihil reperiant, primus voluntarius interrogat scriptorem, ubinam pecuniam amiserit. Ego quidem nihil amisi, tantum me libram «sterling» dictam quaerere dixi.

2. M. Twain paulum dissolute<sup>4</sup> se vestiebat. Accidit — ut exemplo utar — ut ad cenam a matrona nobilissima datam sine focali<sup>5</sup> adveniret. Quod non prius animadvertisit, quam cum uxori eum domum redeuntem nullum focale habere monuit. Horā post matrona

fasciculum<sup>6</sup> parvum accepit, in quo focale serum<sup>7</sup> et hanc epistulam invenit: «Focale adiunctum<sup>8</sup> contemplamini, queso, diligenter, hodie enim hoc carens apud Vos cenavi. Focale aspectum velim remittas, nam praeter hoc nullum habeo».

V. Kósa  
disc. VIII. cl. Keszthelyensis.

<sup>1</sup> örömet leli = sich sehr vergnügen      <sup>2</sup> gyufa = Streichholz      <sup>3</sup> sokáig = lange Zeit      <sup>4</sup> gondatlanul = nachlässig      <sup>5</sup> nyakkendő = Halsbinde      <sup>6</sup> csomag = Paket      <sup>7</sup> selyem = seiden      <sup>8</sup> mellékel = beifügen

3. *Apud bibliopolam.*<sup>1</sup> Aliquando Marcus Twain in America Neo-Eboraci<sup>2</sup> librum empturus tabernam librariam intravit. Bibliopola quattuor dollaros pro libro petivit. «Hoc pretium aequum esse puto aliis emptoribus lectibusque, sed ego, qui sum diurnarius,<sup>3</sup> minus pretium mihi constituendum esse arbitror.» «Certe», respondit bibliopola, qui scriptorem bene novit. Marcus noster dicendo<sup>4</sup> persecutus est: «Ego etiam scriptor sum et iam plures fabulas<sup>5</sup> Romanenses<sup>5</sup> composui, ideo hac re quoque aliquam remissionem<sup>6</sup> pretii<sup>6</sup> velle». «Certe», respondit bibliopola. Post haec scriptor, qui etiam consors<sup>7</sup> socius<sup>7</sup> eius tabernae erat, hoc titulo quoque aliquam remissionem<sup>6</sup> postulavit. «Libentissime», respondit bibliopola.

«Et nunc — si nomen quoque meum profiteor, quantam remissionem sperare possum? Mihi nomen est Marcus Twain.» — «Quam maximum», respondit bibliopola. «Ergo nunc quantum pro libro persolvendum est?» «Nihil, domine Marce Twain. Ego pro honore illo, cuius particeps factus sum, etiam<sup>8</sup> unum dollarum Vobis trado. Ecce!»

His auditis scriptor festivus cachinnum sustulit<sup>9</sup> et quattuor dollaros bibliopole tradidit.

Vertit Adalbertus Danczer.

<sup>1</sup> könyvkereskedő = Buchhändler      <sup>2</sup> Newyork  
<sup>3</sup> újságíró = Journalist      <sup>4</sup> folytatta beszédét = fuhr fort  
<sup>5</sup> regény = Roman      <sup>6</sup> árengedmény = Rabatt, Preisermäßigung      <sup>7</sup> részvényses = Aktionär      <sup>8</sup> még = noch  
<sup>9</sup> kacajra faktadt = lachte laut auf.

4. *Poëta et consortia industrialia* Rogatus est olim Marcus Twain, qui fieret, ut ipse, qui ubique terrarum carissimus esset, amicos nullos ex regibus consortiorum industrialium haberet. Poëta vultu simplicissimo respondit se nesciam esse, sed scripta sua probabiliter causas discordiae esse. Nunc ephemeredem sum-

<sup>1</sup> trösztök = die Trusts

psit, quae hanc fabulam pennā suā ortam continebat :

*Tres muscae.* Musca filiolas duas carissimas habebat. Olim excurrentes in officinam<sup>2</sup> dulciariam<sup>2</sup> venerunt. «Mamma — rogavit altera filiolarum — licetne mihi paululum sacchari<sup>3</sup> illius pulchri et rubri lingere?»<sup>4</sup> Mater permisit. At filiola, ubi primum gaudii plena in saccharo illo pulchro consedit, subito alis palpitabat<sup>5</sup> ac mox mortua humi prostrata est. Sacchara enim pulchra veneno<sup>6</sup> infecta<sup>6</sup> erant, nempe<sup>7</sup> a consortio saccharis conficiendis Americano orta.

Mater muscarum nunc filiolam unicam ac dupliciter dilectam habebat, quae aliquando cupidine farciminis<sup>8</sup> est correpta. Quam ob rem mater filiolam in macellum<sup>9</sup> duxit. Sed vix musca parva aliquantulum farciminis consumpsit, cum etiam illa acribus cum convulsionibus<sup>10</sup> mortem obiit. Farcimen quoque veneno infectum erat, nempe a consortio farciminibus faciendis Americano ortum.

Tum mater muscarum miserrima dolore maximo affecta longius vitam producere noluit. Ut quam celerrimum vitae finem faceret, chartam<sup>11</sup> muscis<sup>11</sup> extirpandis<sup>11</sup> confectam<sup>11</sup> avidissime lambebat. At mors non pervenit. Charta illa omnino innoxia erat, — nempe in officina<sup>12</sup> consortii Americani, ubi chartae<sup>12</sup> muscis extirpandis<sup>12</sup> procreantur, facta erat.

*Dion. Kövendi.*

<sup>2</sup> cukrászda = Konditorei <sup>3</sup> cukor = Zucker (Bonbon) <sup>4</sup> nyalni = lecken <sup>5</sup> vergődött = schlug <sup>6</sup> megmérgezett = giftig <sup>7</sup> hiszen = denn ja <sup>8</sup> kolbász = Wurst <sup>9</sup> hentesbolt = Metzgerei <sup>10</sup> vonaglás = Zuckungen <sup>11</sup> légyirtó = papír = Fliegenpapier <sup>12</sup> gyár = Fabrik

5. M. Twain, rector<sup>1</sup> navis<sup>1</sup> olim aurique fossor,<sup>2</sup> scriptor clarissimus factus a plurimis eisque molestissimis stipatus est<sup>3</sup> diurnario-rum,<sup>4</sup> quorum sciscitationes, quum ipse quoque diurnarius quondam fuisse, reformidans et recusans, si ullo modo potuit, effugiebat. Diurnarius tamen quidam aliquando domicilium M. Twain, ut aliquid de maioribus eius comperiret, iniit sermonemque, qui infra legitur, cum illo instituit.

«Unicusne filius es parentibus tuis, an sunt tibi fratres sororesque?» — «Domine, fieri non potest, ut id recorder.» — «Qui? Sed haec de pariete pendens imago simillima tibi esse videatur. An fratis tui est?» — «En, ac si aliquid

repente nunc in mentem mihi veniat! Guilemi est; misellum meum Guilelmum exprimit. Bill nos illum nominabamus. — «Estne ille mortuus?» — «Certe, vel saltem ita esse existimo; haec enim omnia maxime occulta<sup>5</sup> ac recondita<sup>5</sup> sunt. Nos enim — Bill et ego — gemini fuimus. Aliquando vix 15 dies nati, quum in labro<sup>6</sup> lavaremur, per errorem commutati sumus.<sup>7</sup> Fuerunt, qui me, neque, qui Bill mortuum esse dicent, defuerunt. Aliud quoque secretum tibi aperiam, quod nemini adhuc patefactum esse puto. Etenim alteri nostrum in sinistra manu naevus<sup>8</sup> erat, qui facile cerni potuit. Et puer ille ego fui. Et ille mortuus est. Ego igitur omnino non ego sum, vel saltem<sup>9</sup> nescio, neque ita esse arbitror.»

Vultu severissimo capiteque demisso<sup>10</sup> Twain haec enarravit et quum oculos allevaret,<sup>10</sup> diurnarius iam non affuit, nam mente<sup>12</sup> captum<sup>12</sup> eum putavit.

*Vincentius Gombári.*

<sup>1</sup> kormányos = Steuermann	<sup>2</sup> aranyásó = Goldgräber,
<sup>3</sup> körülözölni = umlagern,	<sup>4</sup> újságíró = Journalist
<sup>5</sup> nagy titok = grosses Geheimnis	<sup>6</sup> fürdő = (kád) = Badewanne
<sup>7</sup> összecsérélni = vertauschen	<sup>8</sup> anyajegy = Muttermal
<sup>9</sup> legalább = wenigstens	<sup>10</sup> lehrgasztott fövel = mit gesenktem Kopf
<sup>11</sup> szemét felemelni = aufsehen	<sup>12</sup> eszelős = verrückt

## Librorum recensio.

*Canta Latine* Deutsche Lieder in lateinischer Sprache. Übersetzt von Dr. G. Merten, 1935. Ferd. Dümmlers Verlag. Berlin und Bonn. Pag. 64. Premium 1·50 M. — Auctor 30 carmina Germanica notissima Latine reddidit ad cantandum accurate servatis non solum metris, sed etiam simili extre- morum verborum sono. Quamquam in libro etiam textus Germanicus translationi Latinae adiungitur, tamen vocabularium additum non nisi utile esse potest. Volubilitas carminum, quae omnibus Latinis amantibus commendamus, ex exemplo (Der Tannenbaum) perspicitur:

O abies, o abies! Fidissima cum fronde

Virens aestatis tempore, ! Virens nivosa hieme,  
O abies, o abies! Fidissima cum fronde.

*Ant. Hekler:* L'université de Budapest. Die Universität Budapest. Editeur Fritz Lindner Verlag. Basel, 1935. Pag. 154+XVI.

Universitate Budapestenensi tria saecula celebrante nonnulli libri publicati sunt, quos omnes hic cum divitiā argumenti, tum etiam typographiā exquisitā illustrationumque copiā superat. Singulis in capitibus historia et constitutio universitatis facultatumque singularum, item institutiones studiosorum, bibliothecae, archiva, etc. linguā Gallicā Germanicāque describuntur. Opus sumptuosum haud indignum sollemnitatibus praeteritis aucto- rem etiam officinae typographicae universitatis Budapestenensis laudi est.



## GEOGRAPHICA.

### Peregrinationes aestivae.

Scripsit Car. Acs.

Ut saepe alias,<sup>1</sup> hoc quoque anno ut amoenitatibus montanorum locorum, quorum amantissimi sumus, animum reficeremus, cum uxore, fidissimā itinerum meorum comite et sociā Austriam petivimus, verum non ut antea passim<sup>2</sup> pererravimus, sed per eam Austriae partem iter fecimus, quam nondum vidimus. Itaque hoc anno St. Antonium Tirolis et Brigantium<sup>3</sup> lacumque<sup>4</sup> Brigantium<sup>4</sup> Vorarlbergi adiimus, quorum eximias pulchritudines tam saepe praedicari<sup>5</sup> audieramus.

Ineunte mense Iulio iter Austriacum ingressi sumus et per Vindobonam,<sup>6</sup> Salisburgum<sup>7</sup> et Oenipontem<sup>8</sup> curru partim vapore et inde a Salisburgo vi electricā acto vecti in pagum St. Antonii devertismus.<sup>9</sup>

Pagus St. Antonii, qui monti Arlberg subiacet, suavissimus atque bellissimus, aequore<sup>10</sup> maris<sup>10</sup> 1306 metris altior est. Vallis, in qua pagus longissime porrigitur, montibus altissimis redimitur,<sup>11</sup> quorum scopuli praerupti<sup>12</sup> et fragosi<sup>13</sup> in aethere coruscantes<sup>14</sup> late albificant,<sup>15</sup> inter cacumina nivium candor<sup>16</sup> elucet, ex saltuum clivis aquae nivei coloris cum ingenti sonitu devolutae cernuae<sup>17</sup> exsultant et spumeos<sup>18</sup> undarum cumulos<sup>18</sup> volventes ac multā aspergine<sup>19</sup> rorantes<sup>19</sup> deorsum<sup>20</sup> feruntur. De verticibus glacie<sup>21</sup> rigentibus<sup>21</sup> torrens<sup>22</sup> Rosanna emicans ac per fauces angustas praecipiti et rapido cursu ruens caeruleas et perlucidas undas in fluvium Oenum defert.

Brumali<sup>23</sup> tempore<sup>23</sup> pagus St. Antonii gynnici hibernis fervet atque densa agmina soleis<sup>24</sup> nivalibus<sup>24</sup> currentium<sup>24</sup> in clivosis campis summā cum alacritate agitant.<sup>25</sup> Biduum cum hic morati essemus, per cuniculi<sup>26</sup> Arlbergensis tenebras dimidium fere horae profecti tandem in lucem emersimus atque montes altos praevecti per latam Rheni vallem Brigantium delati<sup>27</sup> sumus.

Brigantium oppidum mediocre, caput pro-

vinciae Vorarlbergensis ad lacum versus in planitiem desinit; alterā autem parte per platearum vicorumque<sup>28</sup> tortuosas<sup>29</sup> flexiones,<sup>30</sup> aedium et aedicularum venerabili vetustate conspicuarum errorem<sup>31</sup> pervenitur ad colles et montes paulatim assurgentes, in quorum altissimum «Pfänder» viā ferratā funiculari<sup>32</sup> suspensa<sup>32</sup> vi electricā sublimes tollimur, unde pulcherrimus in lacum Brigantium et Alpes Austriacas atque Helveticas patet despectus.<sup>33</sup> Si in uno ex subselliis longo ordine praeter litus<sup>34</sup> lacus platanis saeptum consederis, immensum, maris<sup>35</sup> instar<sup>35</sup> extentum aequor prospectanti mira quaedam in pectus descendit



tranquillitas animusque flatibus<sup>36</sup> aurae<sup>36</sup> careas undas tremule crispantibus<sup>37</sup> sopitus, solicitae vitae curis et angoribus sedatis,<sup>38</sup> in dulcia somnia delabitur.

*Ad numerum proximum.*

<sup>1</sup> máskor = ein anderes Mal	<sup>2</sup> szerteszéjjel = kreuz und quer
<sup>3</sup> Bregenz	<sup>4</sup> Bodeni tó = Bodensee
<sup>5</sup> emlegetni = rühmen	<sup>6</sup> Bécs = Wien
<sup>7</sup> Salzburg	<sup>8</sup> Innsbruck
<sup>9</sup> kiszálltunk = absteigen	<sup>10</sup> tengerszíne = Meeresfläche
<sup>11</sup> fogják körül = wird umschlossen	<sup>12</sup> schroff = meredő
<sup>13</sup> szakadékos = zerbröckelt	<sup>14</sup> csillogó = glitzernd
<sup>15</sup> fehérlenék = weisschimbern	<sup>16</sup> fehérseg = das blendende Weiss
<sup>17</sup> bukdácsolva = vornüber stürzend	<sup>18</sup> tajtékzó hullámtömeg = schäumenden Wellenschwall
<sup>19</sup> szertehulló harmatseppékben = wie zerstäubende Wassertropfen	<sup>20</sup> lefelé = bergab
<sup>21</sup> jegtől meredő = eisstarrend	<sup>22</sup> gleccserpatak = Gletscherbach
<sup>23</sup> időben = zur Winterszeit	<sup>24</sup> sélők = Skiläufer
<sup>25</sup> súrognek-forognak = tummeln sich herum	<sup>26</sup> alagút = Tunnel
<sup>26</sup> kanyargás = Krümmungen	<sup>27</sup> jutottunk = gelangen
<sup>27</sup> drótkötélpálya = Seilschwebebahn	<sup>28</sup> házsorok = Häuserreihen
<sup>28</sup> kilátás = Fernsicht	<sup>29</sup> part = Strand
<sup>29</sup> tengerként = einem Meere gleich	<sup>30</sup> a szellő fuvalatára = durch den wehenden Lufthauch
<sup>30</sup> kráuseln = lecsillapodik = beschwichtigen	<sup>31</sup> fodroz =



In Abyssinia Italiani, quamquam propter asperitatem et loci et caeli lente procedere possunt, iam Aduam, Axum et Macallem,



oppida, ubi a. 1896. victi sunt, ceperunt, dum Societas Nationum die 18. Nov. sanctiones oeconomicas et pecuniarias incipere vult. Imagines nostrae ante oculos ponunt I. milites Italianos Aduā captā conquiscentes, II. milites Abyssinienses tormentum,<sup>1</sup> ne conspicī possit, ramis obtegentes, III. aedificium ministerii rerum bellicarum in urbe «Addis Abeba» nominata custodesque ante portam stantes, IV. legatum De Bono, ducem belli in Aethiopia, cum exercitum Aduam sollemniter intrantem spectat; ab laeva alter filiorum Mussolini, ab dextra autem gener Ducis, Ciano comes sedet.

**Annus Francisci Liszt** die 22. Oct. in Hungaria incipitur. Cum dies anniversarius mortis 50.

et natalis 125. anno proximo adveniant, fasciculum mensis Iunii memoriae auctoris musici immortalis dedicatur sumus.

Rex Franciscus Iosephus II. ante hos 19 annos mortuus est. Illo regnante patria nostra integra erat. Felix terque beatus, cui non pax Trianonica perpetienda erat!

Die mortuorum (2. Nov.) quisque tumulum suorum vitā<sup>2</sup> defunctorum<sup>2</sup> floribus ornavit. Et vobis, heroes, qui patriam defendentes cecidistis, sit terra levius!

Recensus<sup>3</sup> populi<sup>3</sup> nuntiat ex Turcia, ubi 16.188 milia et Roma, ubi 1171 milia hominum dinumerati sunt.

Rex Georgius populi<sup>4</sup>-scito<sup>4</sup> in Graeciam revocatus hisce diebus Angliam relinquit, ubi in exsilio vixit, Athenas redditurus.

Princeps Gloucesterensis, tertius regis Angliae filius, cuius imaginem mense Martio publicavimus, in matrimonium duxit Elisabetham e comitibus<sup>5</sup> Douglas-Scott, quae cum patrem paulo ante mortuum lugeret,

nuptiis tantum 120 hospites invitati aderant.

Musicae amatores lugent obitum Nicolai Radnai, rectoris obei musici Budapestinensis et Achatii Butykai, auctoris musici noti. Belgae Henricum Pirenne lugent, qui historiam patriae suae conscripsit. In Anglia autem Curson comes 81 annos natus mortuus est, qui impedivit, ut pars septemtrionalis Hiberniae,<sup>6</sup> Ulster cum Hibernis ab Anglis deficeret.

**Lepra in Rumenia** vetere adeo increbescit,<sup>7</sup>

<sup>1</sup> ágyú = Kanone    <sup>2</sup> elhunyt = verstorben    <sup>3</sup> népszámlálás = Volkszählung    <sup>4</sup> népszavazás = Volksabstimmung    <sup>5</sup> lady    <sup>6</sup> Irország = Irland    <sup>7</sup> elterjed = sich verbreiten

ut castra in oppidulo Tigilesti hoc morbo insanabili laborantes iam non capere possint. Quia summus sanitatis minister nova castra leprae in diversis Transsilvaniae regionibus ponere vult, Saxones Hungarique timent, ne Transsilvania quoque inficiatur.

Casus<sup>9</sup> adversi<sup>9</sup> undique nuntiantur. In insula *Jamaica* ventus<sup>10</sup> nimius<sup>10</sup> plus quam 100 milia fruticum<sup>11</sup> bananorum radicibus evulsit. In insula *Haiti* procellā furente 2000 hominum mortui sunt et 3000 sine tecto manserunt. In *Helvetia* inter lacum Lemannum<sup>12</sup> et Brigantinum ubique regiones inundantur, quin etiam pars inferior urbis Bernae aquis obtinetur. In *Iugoslavia* tractus rapidus et tractus<sup>13</sup> onerarius<sup>13</sup> inter se tam vehementer collisi sunt, ut 4 viatores morerentur, alii vulnerarentur. Navis *Ausonia* Italica in mari inflammatata periit. In *America* silvae circum urbem *Angelos* flammis correptae sunt et non solum permulta villae luxuriosae aliaque aedificia flammis absumpta sunt, sed etiam 47 ad opus<sup>14</sup> damnati<sup>14</sup> perierunt.

<sup>8</sup> megfertőz = verpesten      <sup>9</sup> szerencsétlenség = Un-glückfall      <sup>10</sup> orkán = Stauden      <sup>11</sup> cserje = Staude      <sup>12</sup> Genfi tó = Genfer See      <sup>13</sup> tehervonat = Lastzug      <sup>14</sup> fegyenc = Sträfling

<sup>1</sup> dicsőség = Ruhm      <sup>2</sup> ellátva, kísérve = versehen  
<sup>3</sup> pokol = Hölle      <sup>4</sup> abl., cselszövények = Ränke      <sup>5</sup> juhakol = Schafstall      <sup>6</sup> pogány Kelet = der heidnische Osten  
<sup>7</sup> segítség = Hilfe      <sup>8</sup> fenntartó = Erretterin      <sup>9</sup> boldogít = beglücken      <sup>10</sup> = Spiritui

## Hypatia. (10.)

Scripsit *Carolus Kingsley*, Hungarice reddidit *Arpadus Zigány*. Excerpsit atque in Latinum convertit: *Valentinus Fehér*.

— Quis sit Hypatia? — ait sacerdos umerum quassans. — Interroga Petrum lectorem aut diaconum: illi dicent eam esse impiam veneficam,<sup>12</sup> Sirenē detestabilem,<sup>13</sup> feminam illam mysticam, qua iam Salomo divinarit<sup>14</sup> Antichristum esse naturum.



Rex Graecorum et Condylis legatus.

## Ad Sanctum Stephanum.

1. *Regi canamus nunc decus:<sup>1</sup>  
Christo dedit gentem novam,  
Apostolorum praeditus<sup>2</sup>  
Aeterno honore caelitus.*
2. *Amore Jesu fervidus  
Et subditos Orci<sup>3</sup> tricis,<sup>4</sup>  
Ovile<sup>5</sup> Christi liberat,  
Ne Scythiae<sup>6</sup> iugum ferat.*
3. *O sancta dextra, pauperum  
Olim iuvamen,<sup>7</sup> sed malūm  
Mors atra, regni sospita<sup>8</sup>  
Amore fortī nos bēa.<sup>9</sup>*
4. *Honor sit atque gloria  
Caelum tenenti Numinī  
Et Filio, dein Flaminī,<sup>10</sup>  
Suas opes qui det suis.*

Lud. Meskő  
Cler. schol. Piarum.

— Verone serio? — quaerit Philammon<sup>10</sup> horrens.

— Ex me quaeris? Unde ego sciam, cum ne Synesius quidem norit? Nam si sciret, certe non eam amaret ac coleret.

— Quid? — stupet Philammon. — Hypatiam a Synesio, patriarcha Cyrenensi amari ac coli?

— Et quidem maxime. In litteris eam appellat filiam carissimam et cum Alexandriam venit, semper eam visit. Nempe isti indignantur, sed hoc nil refert: nam tantum se ipsos amant et potentiam et vitam commodam.

— Ignosce mihi — ait Philammon — num sanctos nostros antistites<sup>15</sup> accusas, quod inania resque humanas appetant?

— Minime gentium! Vere, mi fili, nostri antistites sancti sunt, sed eiusmodi sancti, qui,

<sup>12</sup> boszorkány = Zauberin      <sup>13</sup> átkozott = verwünschenswert      <sup>14</sup> jövendöl = prophezeien      <sup>15</sup> főpap = Oberpriester

ut aiunt, rationem<sup>16</sup> suam ducant,<sup>16</sup> seu intus canant.<sup>17</sup> Non dudum tu hic adesse videris, alioquin non interrogares, non loquereris tales insulsitates.<sup>18</sup> Si iam tu quoque ut ego, consenseris, aliter iudicabis et perspicias, quam sit aetas nostra abiecta atque degenera.<sup>19</sup>

Philammo nil respondit, sed verba sacerdotis in animum eius irrepserunt.<sup>20</sup> Cum vespere defessus domum isset atque oculi coniecti essent in Serapium, venit ei in mentem martyrum, quos crudelis ille Olympiodorus vivos deglubi<sup>21</sup> et cremari<sup>22</sup> iusserat, eo quod tauro Serapis immolare recusabant. Tum flamma tam vehemens in animo exarsit ad coronam martyrii consequendam, ut exsiliret intraretque in cavaedium ad Petrum lectorem: «Cur non irrumpimus — inquit — in media castra hostium? Cur non satanam in sua spelunca requirimus?»

— Quid hariolaris?<sup>23</sup> — ait Petrus obstupefactus. — Non te intelligo.

— Alicui, inquam, Dei ministro introeundum erit in scholam Hypatiae, ut divinam testetur veritatem.

— I tu, si audes — respondet ille. — Ego nolo meum caput percuti pro tali stultitia. Sed si tu habes animum, i solus.

— Ibo — ait Philemmo obstinatus.<sup>24</sup>

— Ea conditione, ut patriarcha hanc dementiam permittat.

— Fave linguae — monet adolescens. — Nam Stephanus et Telemachus, qui hoc idem fecerunt, non vesani,<sup>25</sup> sed sancti sunt.

— Quiescas — ait Petrus, — dicam patriarchae tuum prudens consilium.

Post semihoram Petrus rem suatim<sup>26</sup> aperuit patriarchae: «Queror tibi de quodam adolescente fanatico ac temerario.»

— Quis est ille? — quaerit Cyrilus.

— Philammo, quem e solitudine Pambo huc miserat, in animum induxit<sup>27</sup> religionis tendae causa obviam ire<sup>28</sup> Hypatiae. Professus est<sup>29</sup> se abiturum in scholam paganorum et cum illa benefica disputaturum. Nonne, mi pater, haec est procacia?<sup>30</sup>

— Religioni opus est martyribus — ait patriarcha. — Mitte ad me puerum.

Petrus indignabundus descendit, ut vocaret Philammonem. Qui ubi patriarchae cubiculum ingressus est, statim poplitibus semet ex-

cipiens<sup>31</sup> exspectavit, ut compellaretur.<sup>32</sup> Cyillus parumper tacitus in eum intuens, tandem clementer dixit: «Audivi te obviam ire velle illi feminae paganae. Habesne ad hoc satis animi».

— Habeo fidem.

— A discipulis eius certe occideris.

— Si potero, iam me defendam — ait Philammo. — Sed si victus ero, quid possum melius a Deo petere, quam martyrium.

Cyrillus annuens: «Duas mihi — inquit — res promitte».

— Etiam duo milia, mi pater, si iubes.

— Duas quoque difficulter servabis. Nam adolescentis cito promittit, citius obliviscitur. Promitte ergo, quidquid acciderit, non te primum ferire.

— Promitto.

— Promitte etiam non te cum ea disputaturum.

— Curnam illuc ibo?

— Dic contra illam, nega, quae dicit, modo ne disputes. Nam si hoc feceris, peribis. Puella enim angue callidior est: novit omnes artes logicae et dialecticae.<sup>33</sup> Si cum ea disputaveris, ignominiae<sup>34</sup> te obiciet;<sup>34</sup> a discipulis eius derideberis et pudore afficeris. Promitte igitur.

— Promitto.

— Ergo illicet.<sup>35</sup>

— Quando?

— Quo citius, eo melius. Quota hora, Petre, habet scholam illa benefica?

— Hodie nonā horā illam in Museum ire vidi.

— Ergo cras nonā horā ibis. Ecce pecuniam.

— Quorsum haec? — inquit Philammo.

— Solvenda tibi erit permissio ingrediendi in scholam. Nam, mi fili, pagana philosophia non gratis penditur. Si illam paganam ad fidem Christi converteris, bene erit, si non, tum...

Et suppressa<sup>36</sup> voce, quam Philammo non audiret, sic finem loquendi fecit:

— Si non, etiam tum bene erit, aut fortasse melius.

*Ad numerum proximum.*

<sup>16—17</sup> maga felé hajlik a keze = kümmert sich um den eigenen Vorteil <sup>18</sup> badarság = Abgeschmacktheit <sup>19</sup> elfajult = entartet <sup>20</sup> befészkelí magát = sich einschleichen <sup>21</sup> megnyúz = schinden <sup>22</sup> megéget = verbrennen <sup>23</sup> össze-vissza beszél = faseln <sup>24</sup> elszánt = fest entschlossen <sup>25</sup> örült = wahnsinnig <sup>26</sup> = suo more <sup>27</sup> fejébe vesz = sich vornehmen <sup>28</sup> szembeszáll = sich widersetzen <sup>29</sup> ajánlkozik = freiwillig anbieten <sup>30</sup> orcátlanság = Frechheit <sup>31</sup> letérdeelve = sich auf die Kniee niederlassen <sup>32</sup> megszólít = anreden <sup>33</sup> vitatkozástan = Disputatkunst <sup>34</sup> pellengérre állít = dem Spotte preisgeben <sup>35</sup> = ire licet <sup>36</sup> halk = leise



In certamine athletico Hungarorum et Polonorum victores erant: Sznajder Polonus longurio<sup>1</sup> nixus<sup>1</sup> 4·14 m. adeptus exsiluit<sup>1</sup>, Kolta 7·44 m. eminus<sup>2</sup> saluit<sup>2</sup> Kucharski 800 m. 1·54½ secundis cucurrit, Darányi globum<sup>3</sup> ferreum<sup>3</sup> 15·34 m, Várszegi autem iaculum<sup>5</sup> 64·26 m abiecit,<sup>3</sup> Bódossi 190 cm exsiluit, sed maxime Kovács admirationem spectatorum adeptus est, nam non solum in cursu<sup>6</sup> m. 110 et 400 m. per<sup>6</sup> crates,<sup>6</sup> sed etiam 100 m. celeriter currendo victoriam reportavit.

Natatores Americanos quoque admirari potuimus. Caterva trium natatorum (Brydenthal, Highland, Kiefer) 3 × 100 m. 3' 33" natando vix nostratum catervam (Nagy, Baróczki, Csik) devicit, cum Csik suum spatium 57·8 secundis



natando summum<sup>7</sup> Europaeum adaequavisset. Trium Americanorum maxime Kiefer excellit, qui sine adversario solus 400 m. terginatando<sup>8</sup> tempore Kiyokawae Japonensis (5' 30·4") correcto 5' 22·6" secundis novum summum mundanum adeptus est. Stilus natationis re-

pentis<sup>9</sup> robustus, quem nobis demonstravit, eius inventio nova est.

<sup>1</sup> rúdugrás = Stabhochsprung      <sup>2</sup> távugrás = Weitsprung  
<sup>3</sup> súlydobás = Kugelstossen      <sup>5</sup> gerely = Speer  
<sup>6</sup> gátutás = Hürdenlauf      <sup>7</sup> rekord = rekord      <sup>8</sup> hátúszás = Rückenschwimmen      <sup>9</sup> crawl



### Solutiones aenigmatum numeri II.

1. Series libratae: adeo, iv(vi), et, ala, nec, xe(ex), ut, arma. — Series directae: di, Eva, gens, laed-, te, LX, cur, TM.

2. Dimidium facti, qui bene coepit, habet. —  
 3. Flumen-lumen.

Aenigmata recte dissolverunt: Hel. Halasy, Guil. Ötvös, Magd. Fajcsek, Jol. Fényesy, Georg. Telbisz, M. Kercivay, Ed. Hajós (*Sophianum*) ; A. Gellért, A. Mayer (*Úrsulanum*) ; L. Ofner (*Teresianum*) ; Andr. et Tib. Szollár (*gymn. Univ.*) ; Em. Farkas (*gymn. S. Ladisl.*) ; Io. Csécsei, Lad. Kürti, Andr. Bíró, Steph. Falbizoner (*gymn. Andr. Fáy*) ; C. Mandello (*Verboecianum*) ; P. Tolnai, Tiburtius Nagy, Ad. Baldermann, Eug. Sebess, Th. Csillag, Io. Glancz (*Scholae Piae*) ; Io. Wolkóber (*Mádáhianum*) ; Osc. Habersack, Lad. Porjesz (*Matthianum*) ; Aug. Mihályi, Col. Keserű, Iul. Horváth (*Széchenyanum*) ; Aug. Kertész (*Kőlcsayanum*) ; Sus. Pázmány, M. Lindner, Ag. Selenka, A. Kovács, E. Szentirmay, Cl. Török, Cath. Petruccz, E. Nemes, L. Stein, A. Benedek, V. Hargitai, Cath. Vágó, Cl. Parcsami, Cl. Weisz, M. Bákay, G. Incz, Ed. Szírtes (*thgymn. P. Veres*) ; Aur. Lengyel (*Emicanum*) ; Lev. Hibbey, Maria Kneifel (?) *Budapestinenses*. — Io. Harsányi, Lad. Blumenstein, Ios. Klein, Arp. Grosz *Debrechinenses*. — Lad. Mikulecz, Andr. Puszta, Gabr. Täuber, Car. Tokai, Lad. Kiss, Steph. Okolicsányi, Aug. Pavlik *Agrienses*. — Lad. Zsiga *Strigonienses*. — Hel. Szabó, Marg. Steiner *Iaurinenses*. — Gabr. Papp *Iuliensis*. — Georg. Bicsánszky, Nic. Kerekes, Ios. Uri, Lad. Borsy, Nic. Királyfalvi, Andr. Perkedi *Magno-Calloonenses*. — Lad. Krosits, Osc. Cserháty *Aegopolitanus*. — Magd. Jóbör *Fanum Comanum S. Nicolai* ; Eng. Neugebauer, Aem. Halasi, Lad. Hámori *Magyaróvárienses*. — Tib. Tihanyi, Iul. Prókay *Miscolcienses*. — Lad. Schmeer, Steph. Löbl, Alex. Gaál, Io. Polgár, Ios. Révai, Steph. Lázár *Magna-Canissenses*. — Elis. Maurer, Eva Tornyos, Marg. Bogdány *Scarbantinae*. — Est. Gócsa *Jászapáticus*. — Rud. Kancz, Arp. Simon, Mich. Szénási *Sabarienses*. — Adalb. Gábor, Nic. Szomolányi, Franc. Fazekas, Gara, Damián, Karácsonyi, Krasznai, Logyin, Vedress, Szelőczky *Neopestinenses*.

Praemium sorte Stephano Falbizoner, Magdalena Jóbör, Iulio Prókay, Aurelio Lengyel et Stephano Lázár obvenit.

## 1. Aenigma crucis.

1	2	3	4	5
	6			
7			8	
	9	10		
11	12			13
	14			

*Series libratae:* 1. Poëta clarissimus Graecorum.  
6. Adverbium (retrorsum). 7. — 1040. 8. Si hoc vis,  
para bellum. 9. Nutrio. 11. Coniunctio. 13. Pars ca-  
pitis humani (retrorsum). 14. Nomen antiquum Trans-  
silvaniae. — *Series directae:* 1. terra. 2. gena. 3. Con-  
iunctio. 4. iurgo. 5. Poëtria lyrca Graeca. 10. Quo  
infantes nutritur. 12. Pronomen demonstrativum.  
13. Nummus (retrorsum).

*Iulius Horváth*  
disc. VII. cl. gymn. Széchenyiani.

2. Virtus militaris sum. Si duas primas litteras  
resecas, nomen antiquum partis orientalis Hungariae  
integrae nunc ab Rumenis ob sessae cognoscis.

*Josephus Klein*  
disc. V. cl. gymn. Debrecinensis

3. Ladislaus et Stephanus habent unā 90 sestertios.  
Ladislaus, etiamsi Stephano 10 sestertios de-  
derit, tamen alterum tantum habebit, quantum Stephanus.  
Quot igitur sestertios unusquisque principio habebat?

*Victor Kósa*  
disc. VIII. cl. gymn. Keszthelyensis

4. Dissolvendum ad saltum equulei.

Per	Con	ba	po	ni	me	li	li	di
ban	li	ti	nu	bi	sol	tu	bus	
stan	tur	tur	ta	no	in	ra	bus	ci

*Dion. Tamás*  
disc. IV. cl. gymn. inst. pr. er. adi.

Terminus aenigmatum solvendorum Non. (5. dies)  
Dec.

Budapestini, ex officina cou sortii Stephanei. — Negotiorum curator: F. Kohl iun.

Solutiones aenigmatum sumptibus comparendi  
causa singulis in scholis a magistro collectae in eodem  
involucre epistulae ad moderatorem mitti possunt.



Tot litteras et manuscripta quotidie accipio, ut  
si unicuique respondere vellem, multis paginis mihi  
opus esset. Manuscripta diligenter perlego et quam  
plurima publicare — videlicet mutatis mutandis —  
conor. Ad collegas aliosque, quibus sine dubio re-  
spondendum est, privatas litteras dedi vel datus  
sum.

Non praetermittere possum, quin propter utili-  
tatem hanc quae sequitur epistulam non sine gratiis  
maximis sub prelum mittam :

Budapestini 31. X. 1935. an.

Reverendissime Domine !

Pro benigne transmissis mihi exemplaribus ephemeridis «Iuvetus» gratias ex intimo corde R-mo  
rependo.

Magno cum gaudio perlegi articulos ephemeridis  
ex mensibus : Majo et Iunio. Sed specialis gratitudo  
nostra ex parte debetur R-mo pro articulo ephemeridis  
mensis Septembribus : «de Ordine Eremitarum  
S. Pauli», maxime pro finali optatu eiusdem articuli.

Solummodo mentio de Archiepiscopo Cologensi  
«qui Budapestini Paulinis locum et sedem paravit»  
non est accurata ; idem enim Archipraesul fundavit  
nobis domum pro noviciatu in Pécs. Ipse Exclusus  
Iulius e comitibus Zichy mihi asseruit : «Budapestini Paulinos nec Grotam neque sedem habuisse  
absque labore et studio dignissimi nostri Benefacto-  
ris ex consiliarii Ministerialis Julii Pfeiffer».

Dictum : «amicus Plato, sed magis amica veritas»  
cordialiter implorat, ut mentis supra citata,  
data occasione ad tramitem veritatis corrigitur.

Reverendissimi Domini in Christo servus  
P. Pius Przedziecki P. G.

Conclusio IV. numeri adornandi Non. Dec. (7.  
die Dec.)

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-  
scholarium Catholicorum. — A Katholikus

Középiskolai Tanáregyesület költségén.

(Praeses: DR. IOANNES KISPARTI, elnök.)